

insulsi pisces secundo ad fora deferan-  
 tur, & si sic, ut sæpe dictum est, venditor  
 ipsorum triginta sex solidis emendabit.  
 Item quicquid Consules de mensura fa-  
 lis justo modo consequi poterunt, ipsis in-  
 dulsimus jure tamen thelonearii bene sal-  
 vo. Quicumque vocati a Consulibus su-  
 per dictis excessibus corrigendis venire  
 contempserint, quinque solidos emenda-  
 bunt. Adhæc decrevimus una cum con-  
 sensu universitatis, ut Consules consuli-  
 bus suo tempore substituendis compu-  
 tent, assumtis quibusdam discretioribus  
 civitatis. Ne igitur hoc datum nostrum  
 in irritum deducatur, præsentem pagi-  
 nam sigillo nostro, & nominibus eorum,  
 qui intererant, fecimus roborari. Sunt  
 etenim hi Albertus de Luge, Borchardus  
 Benessen, Heidenricus Hobuse, Henricus  
 Vridach, Hojerus de Buscove milites,  
 Simon Rimbart Advocatus, Hugo Præ-  
 fectus & sui filii. Salomon monetarius,  
 Lambertus de Moringe, Johannes de Sua-  
 lenberch, Bertoldus Plumboum, Her-  
 mannus Sutor, Consules & alii quam plu-  
 res. Datum Olden Ruppyn per manum  
 Sibodonis Notarii, assidente Arnolde Ple-  
 bano